



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Floremundi Raemundi V. Cl. Olim Consiliarii Regis
Galliarvm Ex Calviniano Catholici Synopsis Omnium hujus
temporis Controversiarum tam inter Lutheranos,
Calvinistas quam alios plurimos. Sive Historia ...**

Raemond, Florimond de

Coloniae Agrippinae, 1655

III. Munceriani & diuersi haeretici ex eadem schola.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10880

virgunculæ neptis suæ copiam obtulisse, si ei cœtuisse iminisceret. (a) Tota tamen hæc societas, Fraterculorum dicta, iam periisse creditur. Superest tamen etiamnum secta eorum qui ab ipsis Anabaptistis Impuri dicuntur, eò quod præter alia, polygamiam permittunt. Certe Ludouicum Hetslerum celebrem Anabaptistam tredecim uxores eodem tempore simul viuentes habuisse Lindanus auctor est. (b) Et Lutherus de alio quodam scribit, qui xxiv. habuerit, nec tamen in ijs omnibus libidinem potuerit explete. Multi quidem ab ipsis editi libri doctrinam hanc de polygamia probare videntur, improbe illud interpretantes: *Erunt duo in carne una*. Et illud Apostoli: *Vnusquisque suam uxorem habeat, & unaqueque maritum suum*; quibus dictis tamen tamquam conitru omnis hæc turpis opinio collabascit. Fuerunt etiam qui *Deificatus* se dixerunt. Amsterodami liber excusus est, hoc titulo: *Homo Deificatus*.

III. In superiori Germania reperiuntur Munceriani: à fatuo illo burdone Muncero sic dicti, qui gladium Gedeonis datum sibi aiebat, ad nouum instituendum Christum regnum. (c) Ex hac secta aliqui cum Valentianis dicunt, Christum ex Maria Virgine non conceptum, sed per eius uterum tamquam per canalem transisse. Vnde vero hæc nimirum pater Anabaptistarum Lutherus quoque idem dixisse censetur siquidem ait. (d) *Christum corporaliter & spiritualiter à S. Virgine Maria natum fuisse*: quæ sententia à Caluinistis ei exprobratur. Idem Anabaptistæ peccatum originale pro inani commento habent: quam opinionem à Zuinglio se accepisse fatentur, (e) quod nimirum peccatum mortale sit de remissione peccatorum dubitare. Tum, *uniuersos homines, immo & diabolos, postquam satis poenarum dederint, saluatum iri*: (f) qui error fuit Origenis in Concilio IV. Constantinopolitano à quingentis fere Patribus condemnatus. Ex ipsorum Doctoribus quidam credunt, *Tria esse tempora seu potius, Tres Mundos*. Primum ab Adamo vsque ad Noah, qui purgatus sit per aquam. Secundum in quo nos sumus, per ignem purgatum iri. In tertio Iustitiam regnaturam, & ante generalem mortuorum resurrectionem, Iesum Christum duo annorum millia cum Electis suis in hoc Mundo cum gaudio & voluptate victurum, earumque labores & miseras remuneraturum. Ad illum vero vsque diem, *Animas unà cum corporibus dormire*. (g) Quam illi stultitiam à Chiliaistis hæreticis, qui tempore Sixti I. vixere, didicerunt. Inter has vero sectas nonnulli sunt, qui veteri Testamento non

aliam quam historicam fidem deberi asserunt, ut quod per Nouum omnino sit abrogatum. Hæc Manichæorum fuit doctrina, ut S. Augustinus scribit. (h) Aiunt illi, Mosen cum Christo non esse committendum. Sed respondet idem S. Doctor, *Eadem in veteri & nouo Testamento contineri. In illo umbras esse & figuras, in hoc corpus & res ipsas. Ibi res figuratas, hic manifestatas*.

IV. Quamuis autem hæc & aliæ omnes Anabaptistarum factiones mutuo sese oderint ac detestentur; exemplo tamen omnium hæreticorum, miro consensu in perniciem Ecclesiæ conspirant, mutuaque operas tradunt. Qui Ioannis Guillelmi vltimi Anabaptistarum regis vitam descripsit, testatur, Antuerpiæ duos è se visos Anabaptistas ad mortem damnatos. Quum more vsitato ante supplicium ad cibum capiendum confidere iussi essent, eorum alterum facere id recusasse, *Nihil hic in terris cum eo sibi rei fore, inquit, cum quo partem in cælo habiturus non esset*. Vtrumque tamen Anabaptismum prædicasse & Mennonis se discipulos rulisse. Et hæc quidem diuisio, omnis hæreseos ordinaria comes, etiam olim inter Monasterienses gliscere cœpit. Sic enim eorum quidam ipse scribit, (i) *Tot fere opiniones ac sectas inter ipsos fuisse quot Doctores; quod quisque Prophetam se iactaret, & hic cum Deo, ille cum Angelis colloquium se habuisse simularet*. Hæc Vbbo ille, qui ab Anabaptismo ad Catholicam Ecclesiam redijt, librumque *Recognitionis* edidit, Hic idem ille est, qui Theodoro Philippi Amsterodami, Dauidi Georgio monstro hominis Delphis, Simoni Mennoni Groningæ, tribus famosis Anabaptistarum doctoribus, ac diuersarum hæreseon auctoribus, manus imposuit, quorum hiltoria me vocat, vbi prius Anabaptisticorum regum catalogum, atque eorundem exitum vobis exhibuero, de quibus sane Satyricum illud potius quam, uti ille de bonis, dici possit, *Omnes uni annulo inscribi posse*.

V. De primo eorum rege Ioanne Leidenfi,

P
eius
a Similia de Caluinistis & Puritanis habet Simon Tit. in *Brizannomachia* pag. 276. lib. 3. cap. 3. b *Colloq. mens Germ.* fol. 415. b. c *Eras. Alber. contra Carolsbad.* d *Luth Tom. 7. Bullinger. lib. 2. cap. 13. pag. 58.* e *Idem lib. 1. cap. 11. fol. 26.* f *Franck Chron part. 3. tit. de Anab. Ioannis Denck. Bulling lib. 2. cap. 15.* g *Idem libr. 4. cap. 10. & cap. 4. 5. 6. 7. & seq.* h *Quæst. 33. in Num.* i *Modett. de auct. Anab. fol. 89. f. 6. Vbbo in præsar. a. b & fol. 26.*